Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Marte fortunato

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

uentus, videlicet 6.8.& 12. domo, naſcentibus glorias diminuet, feliciaque tempora; at cumulum experſatum eis tribuent, qui etiam in bonis fortunę detrimentum patientur careat natus eo anno ab anguſtijs Iouialium hominum, qui ſub ficta bonitate magna in eos danna infere. Indicatur eis tūc temporis męror, atque mors ſuorum conſanguineorū. Idipſum efficit Aſcendens cum in radice de 4. vel oppoſitione configurabitur, vel tempore reuolutionis cadet cum talibus aſpectibus maleficis atque infauſtis.

De Marte Fortunato.

Marte exiſtent fortunato, tam in radice, quā in anno reuolutionis, eoq; in vtriſq; figuris, tam radicis, quam reuolutionis libero, & Curſu veloce, & in bonis figuræ locis collocato, in omnibus nobilibus actionibus exercitia eis promittentur, eoque tempore reuolutionis ab ipſis omni cupita eſt ſententia obtinebunt, magis atque magis prudentes erunt, & apud magnates Principes gratiam inuenient, atque magnos Dominos, ab ipſiſque, qui cupient adipiſcentur quam plura emolumenta ſuſcipient, atque honores. Si Mars de 6. vel 3. Iouem reſpexerit, vel So-

lem idem ſignificabitur;quòd non modo erit verum ſi horoſcopum ſic intuebitur,

De Marte Infortunato.

Quoties Mars infortunatus extiterit malũ prȩſagit non autem bonum. eius infotunia ſunt cum fuerit retro gradus conbuſtus in infimis cæli locis,qui sũt 6.7.8.& 12.domus, & cum taliter radijs indiſpoſitus fuerit : iracundiam,perturbationem , mẽtis cogitationẽ,atq; ſollicidutinẽ,caueat naſcẽs eo tẽpore ab armis à litibus,itineribus,rixis, atq; ludis; In corpore læſiones experientur;detrimenta ſentient ,fraudes , & ex igne moleſtias ;morbos ex excalefacto Sanguine, valetudineſque ex bilioſis humoribus,calidiſq;ortas patiẽtur.

Perfectio horoſcopi cum per corpus Martis tranſiuerit , vel cum de 4.vel 7. aſpecies idem affert.

De Sole Fortunato.

Tunc Sol fortunabitur , cum Dominus anni effectus in ſuis Signis potentiſſimus inuenietur , atque gradibus ſicuti in tempore natiuitatis comprehendebatur , eoque fortunato conſiderato cum Stellæ

for-